

EX DECLARATIONIBVS FACTIS IN
LEGES MDLXXVI.

Ad Cap. 47. §. alias verò leges.

DEclaramus proclamata pro armorum prohibitione facienda duobus Collegijs referuata esse, sine minoris Concilij interuentu, & auctoritate.

SERENISSIMVS SENATVS CIRCA MVLCTAS
OCCASIONE DVELLORVM.

Item habet etiam Serenissimus Senatus & in eius absentia Serenissimus Dux & Excellentissimi Residentes in palatio auctoritatē faciendi præcepta pænalia & mulctandi vsque ad summam scutorū duorum milium argendorum quoscunque occasione duellorum aliarumque inter ciues controuersiarum vt ex l. posita infra sub titulo de duellis.

Officium Virtutum .

Item habet Iurisdictionem criminalem, officium virtutum per legem latam anno 1590. die 26. Aprilis & 8. Octobris tenoris sequentis.

Signori. Sanno le SS. VV. quanto l'ufficio di virtù sia necessario nella Republica nostra come negl' altri stati ; onde venute le nuoue leggi , che di tutti i delitti attribuiuano la cognitione alla Ruota criminale , fu giudicato ispediente , & con i mezzi douuti fu fatta deliberatione di reintegrare il detto ufficio di virtù nel Collegio